

immo^a estimabat emulorum suorum esse figmenta, nec eciam verisimile reputabat, quod sancta Romana ecclesia taliter processisset, cum nunquam antea super hiis fuerit monitus vel citatus. Ad cautelam tamen nos misit ad inquirendum ac investigandum, utrum contra ipsum ut premititur processus aliqui facti essent, et si inveniremus eos esse factos, quod supplicaremus sanctitati vestre, ut salvo in omnibus iure suo daretis nobis^b terminum aliquem competentem^c et decentem, inspecta locorum distancia^d et maxime negotii arduitate considerata, infra quem domino nostro predicto processus huiusmodi veritatem referre possemus, ut ipse sibi ac iuribus suis ipsum contingentibus de consilio suorum principum et procerum valeat super hiis, prout tenetur et debet, salubriter providere et de informando sanctitatem vestram plenius et^b melius^b circa dictum processum et ipsum contingencia et de ostendenda iusticia sua ac eciam innocencia sua circa dictum processum et ipsum contingencia, prout sibi videbitur expedire, necnon^e de reformando in statum debitum, si forsitan in aliquibus excessisset^f. Igitur, pater sanctissime, cum invenerimus processus huiusmodi esse factos, supplicamus s(anctitati) v(estre) ex parte domini nostri prefati humiliter et devote, ut salvo in omnibus iure suo terminum competentem prout premititur ad^g omnia et singula premissa ac ipsa contingencia^g dare et concedere dignemini, cum dictus dominus noster intendat, quantum in ipso est, tamquam^h devotus filius sanctitatis vestre paternitatem et sanctam ecclesiam ut matrem revereri et ipsam filiali obedientia pro posse adiuvare, defendere et tueri.

Terminumⁱ petimus sex mensibus longiorem.

X. Brief des Erzbischofs Mathias von Mainz an Papst Johann XXII. nach dem Bekanntwerden der Sachsenhäuser Appellation. (1324 Anfang August).

Or. Fragment Vatican. Archiv, Armar. C Fasc. 78—87.

Ist oben S. 570 ff. abgedruckt und erläutert worden. Siehe dort auch ein Facsimile des Fragments.

a) 'imo' B. b) Fehlt B. c) 'competentem' B. d) 'distancia' A; der Abkürzungsstrich wegradiert in B. e) 'Necnon' A. B. f) 'sset' auf Rasur A. g) 'ad omnia — contingencia' fehlt B. h) Das erste 'm' aus 'n' A; 'm' B. i) Im Abstand von etwa 3 Zeilen bei A und B.